rium et alios omnes exinde consequen[tes] causae eius terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate suorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Quaestorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra suspensis Officij praefati Castrensis Premisliensis terminis dilationem litis non recipiendo. Nullasque minus appellationes ac eas prosecutiones faciendo ac commissa oblationes appellationes ac ea praecautiones faciendo ac commissa supplicationis vel suplicatis ex actionibus dependentibus fatalis iuris conditione termis bello conventionibus et alijs quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo. Et haec praesenti personali recognitione ad commissa omnia mediante.

Zahodowski Administratorem bonorum suorum eligit.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Casimirus Zahodowski olim Generosi Andreae Zahodowski Succamerarij Tere[sta]e patris filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iurisdictionibus quibusvis propriis et competentibus recedens praesenti bene iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subijciens palam libere publice ac aperte expresse recognovit. Quia ipse providendo integritati conservationique bonorum suorum generaliter omnium ubique condutum fieri cupiens Generosum Ignatium Alexandrum

Brodowski fratrem suum Amitalem eorundem bonorum
suorum generaliter omnium Administratorem Directorem
et Provisorem supremumque Oeconomum inscribit et assi-
gnat perpetuo. Dando et Concedendo ipsi plenariam fa-
cultatem et omnimodam absolutamque potestatem bona sua
generaliter omnia regendi gubernandi disponendi Contractus
quosvis arendatorios sine detrimento juridico dicti Regentis
cum quibuscunque personis conscribendi conficiendi bona
praefata in arendam locandi summas quasvis pecuniarias
tollendi levandi et percipiendi de levatis et receptis qui-
etandi easdemque summas atque proventus omnes in usum
Commodumque dicti Regentis Convertendi in Causis actionibusque
suis quibusvis et praetensionibus cum quibusvis personis
componendi et transigendi. Processus quosvis in quo-
cunque puncto et gradu Juris dependentes nomine dicti Regentis
Continuandi seu etiam si opus fuerit inchoandi. Cau-
sas actiones praejudiciarias quasvis tam ex Actoratu quam
reatu coram quovis Judicio et Officio Regni cum quibusvis
personis occasione omnium praetensionum vel injuriarum
suarum promovendi instituendi attentandi Decreta
quaevis sudapiendi Juramenta attentandi poenas judi-
ciarias levandi de levatis quietandi ad easdemque Causas
alios plenipotentes in locum sui substituendi substitu-
tosque revocandi. Emissa atque omnia ad usum Commodumque
sui Recognoscentis plenarie et integre convertendi et
et id quod Juris aequitatisque ratio postulaverit ute
peragendi et exercendi. Promittens idem Regens ea
omnia

omnia in administratione eorundem bonorum suorum pro utili et exi-
gentia rerum suarum gerentibus per eundem Administratorem
suum acta et gesta pro rato suscepturum. Quam quidem
administrationem dispositionemque bonorum suorum omnium idem
Generosus Reginaldus ad integrum annum tantummodo eidem
Generoso Lahodowski duraturam robur suum habituram declara-
vit praesenti sua personali Recognitione ad Acta praesentia mediante.

Idem Illustrissimum Regni Cancellarium Regni de administratione Tutelli Quietat

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premysliensibus Generosus Casimirus Lahodowski olim
Magnifici Andreae Lahodowski Succamerarii Premysliensis paterni filius sanus men-
te et corpore existens a terris et activitatibus suis et juribus suis
quibuslibus propriis et competentibus recedens praesenti Voluntarie suis ca-
pitaneale Castrensis Premysliensis quoad actum praesentem attinet de
cuius Jurisdictionibus ac bonis suis generaliter totaliter et plenarie in-
corporavit atque subiicit palam libere publice ac personaliter quietavit.
Videlicet Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Nicolaum de Prazmow
Prazmowski Supremum Regni Cancellarium Nominatum Episcopum
Lucoriensem Abbatis Sieciechoviensis perpetuum Administratorem
tanquam per eundem olim Generosum Andream Lahodowski Parente
suo gerentibus ad gerendam administrandumque tutelam et dispositionem
post fata eiusdem Parentis sui bonorum quorumlibet omnium testamento ul-
timae voluntatis seu alio quovis Juris titulo in eundem assi-
gnatumque Tutorem de administratione dispositioneque libera bo-
norum generaliter omnium summarumque quarumvis pecuniarum mor-
te eiusdem Parentis sui derelictarum ad dispositionem vero et ad-
ministrationem mediati Illustrissimi ac Reverendissimi Cancellarii Regni
Supremi devolutorum per praenominatum Illustrissimum Supremum Regni Can-
cellarium